



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XXXVIII. Decima nona morborum caussa, vt per eos supernaturalium remediorum efficacia, inprimisq[ue] Christi gloria mundo patesiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

C A P V T X X X V I I I .

Decima nona morborum caussa, ut per eos supernaturalium
remediorum efficacia, in primisq; Christi gloria
mundo patet.

I.



B eiuscemodi imperitos circumforaneos, multi omnino à medicis abstinent, & malunt mori gratis, quām pectus mortis persoluto. Idq; tantò libentiū, quia etiam peritisimi in hac arte subinde errant; nec quisquam est, cuius medicina, sine diuina ope, sit felix. Quod etiam expertorum medicorum periculum videns, S. Hieronymus ita scripsit: Si feli-
lib. 3 aduers. prouideris temperando, pituita succrescit: Si humores siccare festines;
Pelag. inardescit sanguis, bili vitiatus, & luteus color ora perfundit. Certe ut cunctam medicorum adhibeamus diligentiam, & castigatis vina-
mus cibis, & morborum fomitibus careamus, & cruditate; occultis qnibusdam, & soli D E O cognitis causis, vel frigore inhorrescimus, vel febre exardescimus, vel torainib; euilamus, & veri medici Saluato-
ris imploramus auxilium, dicimusq; cum Apostolis: Magister, saluos
nos fac, perimus. Plurimi a grotorum à D E O curati sunt sine me-
dicina; nullum medicina curavit sine D E O.

II.

S. Diadoch.
lib. de per-
fect. spirit.
cap. 53.

Heribert.
Rolvied. 1 t.
de vit. PP in
vit. S. Pacho-
mij. cap. 51.

Hinc sancti quidam homines medicinas omnino repudia-
runt, vt spem suam omnem in D E O collocarent. S. Diadochus de
inedicis ac medicinis agens, Non oportet, ait spem sanationis in illis
collocare, sed potius in vero Salvatore & Medico nostro IESV Chri-
sto. Hinc plerique veteres Eremitæ in solitudinibus degentes, me-
dicos non habebant, quos consulserent; immo nec medicinis si
quaer forte haberent, vtebantur. Zachaeus quidam Monachus,
in post longa continentia tempora, regio morbo correptus, seq; estratam
habit a fratribus cellulam tota vitâ suâ pane tantum, & sale conten-
tus. Semper autem psalmos operabatur, tantamq; contritionem pro-
pter Dominum sustinebat. ut sapientia numero funiculos intorquens, com-
purerentur manus eius, & sanguinis gutta effluenter. in tantum, vt
ex ipso opere magna viri tolerantia monstraretur. In tantâ igitur in-
firmitate corporis constitutus, numquam fratrum collectam deseruit:
sed adexplendas omnes diurnas orationes, solicite conuolauit, adeò ut
numquam dormires interdiu. Consuenerat autem per singulas noctes,

prius-

Cap. XXXVII. Decima nona morb. cauf. remedia supernaturalia. 418
principiū caperet somnum, quadam de Scripturis sanctis meditari:
totaq; membras sua Christi signaculo muniens, glorificabat iugiter Do-
minus. & ita paululum quiescebat. Deinde circa noctis medium sur-
gens usque ad matutinas orationes alacer permanebat. Huius ali-
quando manus quidam frater inspicens, operis nimietate atque violen-
tiā fortuer sancias, & respersa sanguine, dicit ei: Quidita, Pater,
durissimo labore te discrucias, maxime tali infirmitate depresso? An
forte metus, ne apud Deum contrahas offensam, vel otij crimen in-
curras, si non sedulò fueris operatus? Scit Dominus quid pateris, &
quia nemo tantis tribulationibus afflictus, ullum valet opus attingere:
principē tu, qui nulla necessitate constringeris. Nam si peregrinis post
DEVM sufficientiam pauperibusq; largimur, quanto magis tibi tan-
to Patri cum deuotione maximā seruiemus? Ad quem ille respondit:
Impossibile est mihi non operari. Et frater ait: Si hoc, inquit, tibi pla-
cat, saltem manus tuas oleo perunge, ne tantum sanguinem profuentes
in labore deficiant. Qui consilio eius acquiescens fecit, quod hortatus
est eum: & instantum vulnerata manus eius granata sunt, ut nequa-
quam posset ferre cruciatus. Ad quem visendum beatus Pachomius
veniens, caussamq; cognoscens, ait ei: Putabas frater, quod te oleum
posset iuuare? Quis enim te coēgit ita sedulō laborare, ut sub pretextis
operis, in hoc visibili oleo magis, quam in DEO spem tuam poneres?
Aut numquid impossibile est DEO, sanare te? aut ignorat agititudines
singulorum, nostrisq; commonitionibus indiget? vel despicit nos? qui
est naturā misericors? Sed utilitatem considerans animarum nostra-
rum, sinit ad momentum nos pati tristitiam, ut tolerantia perpetua
præmia largiatur. Super ipsum igitur omnem curam nostram solici-
tudinemq; jaetemus: & quando voluerit, vel quomodo judicauerit,
ipse terminum doloribus nostris benignus imponet. Qui respondens ait:
Ignoſce mihi, venerabilis Pater, & ora pro me Dominum, ut & hoc
mihi delictum remittere pro sua pietate dignetur. Assenerabant etiam
plurimi de hoc sene, quod per annum integrum se defleuit, post bidna-
num jejunium parum cibi percipiens. Huic S. Pachomius monachis
proponebar, velut exemplum bonorum operum, firmamentumq; vir-
tutum. Ad quem etiam eos, qui erant in mœrore positi, dirigebat:
quia habebat & consolatorium verbum, sicut nullus alius. Qui usq;
ad finem fortiter desertans in senectute sancta, pro doloribus tatis ater-

Eff 2

na

412 Cap. XXXVIII. Decima nona morb. causs. remedia supernaturalia,
na solatia recepturus, ad cœlestia regna transiuit. Nimirum viri toti
Deo dediti, etiam omnem spem in solo Deo reponunt.

III.
Theodoret,
hist. relig.
cap. 26.

Petr. Dam.
epist. 118. ad
Teuzonem.

Sulp. epist. 3.

In vita S. Ful.
gentij c. 30.

Meribert.
Rosvveid. I r.
de vit. PP. in
vit. Posthu-
mij. cap. 6.

Hinc Simeoni Styliæ illi magno, ut Theodoreus memoriæ prodidit, persuaderi non potuit, ut ulceri medicinam adhiberet, quod ex asperrimo cingulo contexto palmarum folijs, & nudis membris circumjecto contraxerat. A Petro Damiani laudatur Leoni Eremitæ, quod in omni vita sua (quæ fuit annorum centum quadraginta) numquam sanguinem minuerit, nūquam antidotum sumperit. Et ecce, quam ad magnam peruenientiam, cum alij sperent, se medicinis vitam prolongaturos, quam plerumque decurant. Idem ipse Petrus Damiani, cum languescente stomacho, ex graui diurnoq[ue] morbo alimenta capere non posset, & pisces omnino deessent, restitit importunis fratum precibus vehementer flagitantium, ut triduo carnium esum reparacioni tabescerent & effœti corporis indulgeret: ne panlatim rigorem Ordini in se suisq[ue] laxaret. Propior morti erat Martinus, & tamen in cinere & cilicio recubabat. Quem, cum discipuli rogarent, ut saltem vilia sibi lineret stramenta supponi: Non decet, inquietabat, filij, Christianum nisi in cinere mori. Cum item à Presbyteris rogaretur, ut corpusculum lateris mutatione reliqueret: Sinite, aiebat, finite me, Fratres, calum potius respicere, quam terram, ut suo iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Adeò sancti viri Numina & pœnitentia amore non solum medicinas, sed etiam vel leuissima morbi solatia repudiaron. Quamobrem etiam de S. Fulgentio vita author ita scribit: Persuadentibus autem medicis, ut lauacris balneisq[ue] uteretur: Numquid balnea, inquit, facere poterant, ne homo mortalio, expleto vita sue tempore moriatur? Si verò proximam mortem nec aquarum calidrum possunt fomenta repellere, cur mihi, obsecro, persuaderis, ut rigorem diuersitate professionis in fine dissolam? Quod dictum diligenter memoriq[ue] infigant Religiosi balneatores, qui, nulla necessitate urgente, non tam ad thermas, quam ad delicias videntur profici. Pertinet ad hanc classem etiam Posthumius ille, qui, si quando infirmitas febrium, aut stomachi dolores graui tormento eum afficerent, non dedit indulgentiam morbo infirmitatis, nec calidio usus est rebus, nec jejunia minoravit, astimauit, quod si corpori calido cibo consule-

consuleretur, à Domino redemptio anime non daretur. Nam si aliquando valetudo gravis debilia gressa fatigaret, ita ut ad vigilias Posthumius exurgere non veleret, orando & psallendo in stratu suo non definebat. Silingua pressi siccaretur, cordis intima rugiebant, ne silencio eius hostia anima diabolus letaretur, aut in opere D'Ei vir sanctus negligens inneniretur. In Prato Spirituali legimus de Myro gene Ioan. Enirat. hydropico, & Barnaba Anachoreta, cuius pedi arundinis festuca in Prat. c. 8. infixa est, qui ambo male affecti, nec medicum, nec medicamen- & 10. ta admiserunt. Hos tales imitati sunt Religiosi illi, de quibus his verbis Vmbertus: Nota, quod quidam Religiosi ex magno san- Vmbert. cap. glitis fero, non curant uti medicinalibus, reputantes id carnali- 123. in regul. catem: & imitari volentes B. Agatham, qua dixit: Medicinam carna- S. Aug. c. 19.

Hoc in feminis exemplum aliæ quoque sanctæ feminæ sunt imitatae; & quidem illæ, quæ in deliciis enutritæ, ad sanctitatem transferunt. Quarum exempla tantò sunt fortiora, quantò in sexu imbecilliore splenduerunt. Paula Romana, mense Iulio, feruentissimis astibus incidit in ardorem febris, & post vitæ de- S Hieronym. spist. 7. de sperationem, cum Dei misericordiâ respirasset, & medici suade- Eustoch. rent, saltem tenui & parco vino, ob respirationem opus esse, ne aquam bibens, in hydropem verteretur; S. Hieronymus clam. Epiphanius Episcopum rogauit, ut eam moneret, immò com- pelleret vinum bibere. Quid S. femina fecit? an consilio medi- corum, auctoritate Episcopi, occasione morbi, vino inhibuit? Nequaquam. Illa, inquit S. Hieronymus, ut erat prudens & so- lertus ingenij statim sensit insidias; & subridens, meum esse quod ille diceret, intinxerit. Quid plura? eum beatus Pontifex, post multa hor- tamenta exisset foras, querenti mihi, quid egisset, respondit: Tantum profeci, ut seni homini panè persuaserit, ne vinum bibam. De Galla nobilissima puella Romana, refert S. Gregorius, eam studio san- S Greg lib. 4. dial. cap. 13. etioris vitæ monasticae, respuisse conjugij medicinam, quam me- dici suadebant; ex ignea corporis consperzione, & morbos & barbam prædicentes, quæ quantum faciem virilem ornat, tantum muliebrem deuenustat. Nec vana fuit prædictio medicorum, nam & barba illi nata est, & vlcus cancri mamillam inuasit. Sed pluris illa fecit mentis, quam corporis integratatem. Quemadmodum

IV.

Pallad. hist.
Lauf. c. 143.

modum & Siluania virgo, quæ apud Palladium, hæc de seipsa narrat: Prater extrema manuum mearum, non pes mens aquam retinet, non vultus, neq; ullum ex membris meis; etiam si me varie inuaserint agritudines. Et cum à medicis cogerer uti balneo, non induxi in animum carni reddere debitum; non in lecto quiescens, non lectica usquam gestata ingrediens. Ad quid his talibus feminis, & sanctis illis viris morbus? ad mortificationem carnis, & vt dolorem dolori adderent, maioremque patientiam exercerent. Sed ante omnes mirabilis exempli est Gorgonia, S. Gregorij Nazianzeni soror, quæ abreptione & raptatione vehiculi, ob mularum furem contracta, immò multis partibus concisa medicum recusauit, vt ipse S. Gregorius testatur. Quia autem hoc de caussa fecit? duas indicat S. Pater. Prima est, quod ob modestiæ virtutem oculos & manus virorum erubesceret. Altera, quod ab eo solo, cuius permisso in eam calamitatem inciderat, salutem quæ rereret.

VI

Atque hæc est non minima caussa multorum morborum, vt homines discant, non in diuitijs, non in creaturis, non in humanis auxilijs omnem spem suam collocare; sed cogitationem, fiduciamque suam altius mittant, & ad Deum, ad Diuos recuruant, qui & prompti sunt ad opitulandum, & his ipsis auxilijs de cælo suppeditatis, coram toto mundo, inclarescent; hisque ipsis etiam beneficijs homines trahunt, ad opem illorum inuocandam. Hoc est, quod suprà dixi, Christum sanasse omnem lauorem, & omnem infirmitatem. Vnde omnis turba quarebat eum tangere. Hoc est, quod ipse Christus palam indicauit, cum à discipulis interrogaretur: Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, ut catus nasceretur? Nam disertè respondit IESVS: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. Quemadmodum, quando paralyticum surgere jussit, videntes turba timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talim hominibus. At cur opera Dei, quæ alibi ubique magna sunt & mirabilia, in morbis erant manifestanda? Nimurum magnum quid erat, Christum, quem omnes hominem esse videbant, credere Deum. Magnum quid erat, Christum, quem tanta hominum multitudo vidi in cruce expirasse, credere tertia die resur-

Matth. 4. 23.

Luc. 6. 19.

Ioan. 9. 2.

Matth. 9. 8.

rexisse

rexisse à mortuis, & cum carne sua ascendisse in cælum. Hæc fieri & adeò credi non posse, dixissent mundi sapientes, nisi ea 5. Aug lib. 2. s. fieri potuisse, atque facta esse diminutio ipsius veritatis. vel veritas di. de ciuit. c. 7. tinitatis, & contestantia miraculorum signa monstrarent. Inter miracula autem, quæ maximè sentiuntur, & estimantur ab hominibus, sunt subitæ & prodigiosæ morborum depulsiones. Quantò enim dolorem vehementius auersamur, tanto cupidiū optamus sanitatem; quæ si non jam per medicinas naturales, sed ope cælesti nobis reddatur; jam per beneficium, quod in corpore accepimus, ad benefactorem ipsum amandum & venerandum eleuamur. Itaque ægrotarunt multi, ut opem quæterent: quam quia non inuenierunt in pharmacis naturalibus, de supernaturalibus remedij cogitauerunt. Immò, ut supernaturalia esse scirent, miraculosa fuerunt, ac omnem naturæ vim superantia. Restè enim S. Augustinus ait: *Hec ut fidem facerent, innoverant;* S. August. *hac per fidem, quam fecerunt, multò clarius innoverunt.* Nempe loc. cit. per miracula tides, per fidem fiducia, laus, & actio gratiarum.

Hinc quis neget, Naaman principi militiae regis Syriae lepram profuisse? Hæc in causa fuit, ut ad Elisæum Prophetam proficeretur. Hæc fecit eum obedientem, ut septies in Iordanem lauaretur. Hæc d. pulsæ eum & gratum, & fidelem reddidit. Nam postquam restituta est caro eius, sicut caro pueri parvuli, & mundatio est, reverso ad virum Dei, cum uniuerso comitatu suo venit, & stetit coram eo, & ait: *Verè scio quòd non sit alius DEVS in uniuersa terra, nisi tantùm in Israël.* Vtique utiliter ægrotauit. Si morbum nesciisset, Deum nesciisset. Iam dupli malo liberatus est, cum lepra depositit infidelitatem. Nec frustra Prophetæ data est scientia tam fœdum morbum abolendi, cum corpore animam abluit Naaman: hoc beneficium ex beneficio est consecutus. In hunc ipsum finem Raphaël Tobiam minorem docuit, ad quid prodebet fellis medicina. Per eam pater eius recepit vi- sum. Qui etiæ antea jam Deum cognovit coluitque, tamen sa- natus & ipse, & familia eius in laudes diuinas erupit. Et glorifi- Tob. II. 16. cabant Deum. ipse videlicet, & uxor eius & omnes qui sciebant eum. Dicebatq. Tobias: *Benedic te, Domine Deus Israël, quia tu castigasti me, & tu saluasti me.* Taceo alios, in veteri Testamento, vel re- ges

416 Cap. XXXVIII. Decimanona morb. causs. remedia supernaturalia.

Numb. 21. 6. ges, vel greges, corpore sanatos, etiam mentis morbum depo-
suisse. Murmurauerant Israëlitæ, in deserto. Quamobrem misit
Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes
plurimorum, venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccauimus,
quia locutis sumus contra Dominum & te: ora ut tollat à nobis serpen-
tes. Oravitq; Moyses pro populo & locutus est Dominus ad eum: Fac
serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspicerit eum,
vixet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo:
quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Vides cur Israëlitæ per-
cussi sint à serpentibus: murmurando plagam meruerunt. Iti
sapere didicerunt, & confugerunt ad Moysen; Moyses ad
Deum; Deus, vt catenam hanc texeret, serpentem erigi jussit, &
aspici, vt in eo aspicientibus sanantem Filij sui imaginem erigeret.
Nam sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet
beatum filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed ha-
beat vitam aeternam.

VII.
Hebr. 9. 27.

Totum genus humanum à serpente fuit percussum. Ictus
lethalis erat. Inde statutum est hominibus semel mori. Morti au-
tem morbus viam sternit. Ut autem mors est duplex, corporis
vna, animæ altera; ita duplex morbus, quorum vnu corpus,
alter animam ad mortem disponit; ignorantia scilicet Dei &
rerum diuinarum. De utraque morte dictum est: De manu mor-
tis liberabo eos, de morte redimam eos; ero mors tua, ô mors, mors
tuus ero inferne. Ut ergo à morte animæ homines liberaret Deus,
à morbo animæ, hoc est, ab ignorantia eos liberauit, docuitque
cognoscere Redemptorem: Hac est autem vita eterna, ut cognos-
cant te, solum Deum verum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.
Cognitio hæc ignorantiam expulit. At cognitio per quid efful-
fit? per miracula varia quidem, sed maximè sanitatum. Morbis
enim velut serpentibus percussi, ad eum tamquam ad æneum &
peccati veneno carentem serpentem, aspicientes, & concurren-
tes, sanabantur. Vnde & corporis, & animæ suæ medicum ag-
noscebant. Ad quid enim miracula faciebat, nisi vt dinilitatem
suam manifestaret? Si non facio opera Patris mei, ait, nolite crede-
re mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credi-
te, ut cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre,

Nemo

Ioan. 3. 14.

Ioan. 17. 31

Ioan. 10. 37.

Nemo enim tantum in vitam jus habuisset, nisi authoritatem.
 Qua de causa cœpit reprobare civitatibus, in quibus facta sunt plurimae virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Aliquando oblatus est ei demonism habens, cæcus, & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur, & videret. Et stupebant omnes turbae, & dicebant: Numquid hic est filius Dauid? hoc est, Messias ille toties promissus, tamque diu expectatus, qui ex genere Dauidis credebatur descendens. Abrahamo enim potissimum & Dauidi promissio narratur ex ipsis Christi facta est: Abrahamo enim dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes: quod D. Paulus de Christo intelligendum esse docet: Dauidi autem: Iuravit Dominus Dauid per fidem tuam, & alibi saepius. Ex miraculis ergo cognoverunt eum Messiam esse.

Matth. 11. 10.

Matth. 12. 23.

Gen. 12. 13.

& 22. 18.

Gal. 3. 17.

Psal. 131. 11. &

2. Reg. 7. 12.

1. Paralip. 17.

Hinc & qui ad tantam lucem prodigiorum cœci manebant, meritò reprehendebantur à Domino: *Va tibi Corozain, va tibi Bethsaida, vrbes Galilææ* (in quibus frequentissimè Christus, cum discipulis suis, Euangeliū prædicans, & miracula faciens, nihil effecit) *quia si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, que facta sunt in vobis, olim (iamque dudum) in cilicio & cinere pœnitentiam egissent: quamuis ibi Gentiles, & idolis dediti, delicijsque & auaritia, & omni genere vitiorum corruptissimi fuerint. Quod etiam hæreticis multis obijcietur, qui ad clarissima miracula non convertuntur: cùm barbari, cùm Æthiopes, cùm orientales & occidentales Indi, ob eiusmodi prodigia, Christum, Deum agnoscent & adorent. Sed aranearum est, omnia in venenum commutare. Ita & illi agebant, qui audito Domino dicebant: *Vnde Matth. 13. 54. huic sapientia hac, & virtutes? Nonnè hic est fabri filius? Nonnè mater eius dicitur Maria? & fratres eius, Iacobus, & Ioseph, & Simon & Iudas? & sorores eius omnes apud nos sunt?* *Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo.* Erat enim Christus creditibus lapis electus, & angularis, non creditibus autem petra scandali, & lapis offendens. In quo autem scandalizabantur? in eo ipso, in quo alii edificati, eum esse Filium Dei credebant. Sciebant enim Nazareni isti (nam apud eos hoc siebat) Christum litteras non didicisse, ut dicitur alibi, *Quomodo hic litteras scit, cùm non didicerit?* *Ioan. 7. 15.**

Vnde

Ggg

418 Cap. XXXVIII. Decima nona morb. caus. remedii supnaturalia;

Vnde credibile est, eos sapientiam & miracula, quæ in eo videbant, malis artibus tribuisse. Omnes enim Evangelistæ dicunt, eos ipsius doctrinam admiratos, & simul etiam scandalizatos fuisse. Atqui non potuerunt, cum admirarentur, scandalizari, nisi credidissent, quæ dicebat atque faciebat, diaboli operâ dicere & facere: quemadmodum illi, qui palam ausi sunt dicere:

Ioan. 9,34. &

32, 24.

Luc. 13, 8.

Matth. 12, 39.

Matth. 9, 28.

Marci. 5, 36.

Marc. 9, 23.

In principe daemoniorum ejicit demonia. Meritò igitur non fecit ibi virtutes multas. Quia, sicut & coram curioso Herode, frustra fecisset. Sunt enim multi adeò obstinati, ut neque signis credant, immò ut ea contemnant & irrideant, & dicant: Vnde huic virtutē! Enim uero, ut si ea negare non possint, scandalizentur, & artibus magicis ascribant; quemadmodum nec Pharisæi tot miraculis crediderunt, sed ea male interpretati sunt, atque ob hoc ipsum, indigni miraculis extiterunt. Neque enim margaritæ sunt ante porcos projiciendæ. Quamobrem etiam hodie multi, qui maximè miracula videre volunt, minimè vident, quia scit Christus eos, etiam conspectis miraculis, non credituros. Sic enī & Pharisæis signum videre volentibus respondit: Generatio prava & adultera signum querit, & signum non dabitur ei. Sapientis miracula, ad honorem Dei, aut etiam Sanctorum fierent, nisi increduli, & nasuti irratores ea impedirent. Sanarentur & heretici prodigiōse nonnumquam, nisi eorum incredulitas obstat.

Clarum enim est, ex Euangeliō, Christum miracula facturum, plerumque fidem eorum, quibus facturus erat, prius exegisse. Et licet fides saepe ex miraculis sequatur, tamen minus meriti habet, si sequatur, quam si præcedat. Apud Matthæum: Accesserunt ad eum caci. Et dicit eis IESVS: Creditis, quia hoc possum facere vobis? Dicunt eis: Utique, Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicent: Secundūm fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum.

Apud Marcum, cum quidam dicerent: Filia tua mortua est: quid ultra vexas Magistrum? IESVS, audito verbo, quod, dicebatur, ait

Archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et iterum, cum pater pro filio à malo spiritu agitato orans diceret: Si quid potes, adjuta nos misertus nostri: IESVS ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis siebat: Credo, Domine, adjuta incredulitatem meam: Apud Lucam

Cap. XXXIX. Vigesima morb. causs. Sanctorum firmata authoritas. 419

Lucam ait ad Principem Synagogæ Saluator: *Noli timere, crede* Luc. 8. 50.
tantum, & salua erit filia tua. Hinc discant hæretici, cur apud
illos non sicut miracula, cur non extraordinariae eis conferan-
tur sanitates; non credunt in Sanctos, non putant Dei Matrem
posse esse eorum aduocatam: quid eis Sancti, quid Dei Mater
faceret? quid ipse Christus miracula irridentibus, & Stygiæ arti
ascribentibus exhiberet? Magnum est adjumentum ægris, etiam
naturali arte curari cupientibus, si erga medicum benè affician-
tur, & credant se ab eo consequi posse sanitatem. Cur non &
Divi cælites idem petant? Cur irrisoribus suis benefaciant?
Alioqui etiam recentes sunt historiae & antiquæ non solum hæ-
reticorum, sed etiam Ethnicorum, qui audientes, quanta benefi-
cia à Sanctis, à Dei Genitrice, ab ipso Christo alijs sint collata,
credere, & eodem æstimare, quin & invocare coeperunt, &
morbis remedium consecuti, tandem plenè ad nostram religio-
nem transierunt; existimantes, cetera quoque dogmata fallere
non posse eorum, quorum fides tam manifestis & luculentis mi-
raculis confirmaretur. Ita lumen apud eos crevit; ut cum fidei
radicem accepissent, & potestatem Diuorum prodigia operandi
credere coepissent, tandem ad plenam lucem veritatis perue-
nirent.

C A P V T X X X I X .

*Vigesima morborum caussa, ut per eorum sanationem, Apo-
stolorum, Martyrum, aliorumq; Sanctorum,
de Christo testimonia firmen-*

tur.

Hac ipsa de caussa missurus Servator Apostolos in uni-
uersum terrarum orbem, ad fidem de Messia DEO &
homine pro nobis crucifixo disseminandam, conuocatis Matth. 10. 1.
duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum,
ut ejercent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmita-
tem. Quod futurum tamen antè & promiserat, & prædixerat,
Christus: *Super agros manus imponent, & benè habebunt. Quemad-* Matth. 9. 9.
modum ex duodecim Patriarchis olim totus Iudaicus populus Marc. 2. 9.

Ggg 2

secun-

I.